



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis
Ecclesiae**

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

De Jejunis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

DE JEJUNIIS.

§. 1. ^{et} *Ejus finis & requisita.* ^{FESTIS}

Jejunium naturale est abstinencia à cibo & potu in stomachum transmissio; quale à tempore mediæ noctis requiritur ad dignam Eucharistiæ susceptionem.

Jejunium Ecclesiasticum, quod ad peccata expianda, & corpus in servitutem redigendum, animumque promptius Dei voluntati subjiendum, est institutum, tria requirit (1.) *Abstinentiam à carnibus.* (2.) *Unicam solùm refectionem.* (3.) *Certum refectionis tempus*, ut videlicet non prandium sed cœna sit. Posterioribus tamen sæculis, cum propter animi & corporis infirmitatem, homines tandiu in jejunio non perseverarent, communi Ecclesiæ consuetudine anticipatum est tum cœnandi, tum etiam per quadragesimam officii divini tempus. Eâdemque occasione si post tam maturam diei refectionem nihil amplius cibi fumerent, difficilè noctu somnum capere possent, per consuetudinem introducta fuit nocturna collatiuncula, quæ notabiliter major non sit, quartâ parte ejus quantitatis, quæ ad integram cœnam sufficeret.

§. 2. *Quibus diebus jejunium ab Ecclesia sit præceptum?*

In { Quadragesima.
quatuor anni temporibus, videl. Mercurii, Veneris & Sabbathi diebus.

Vigilia. { Nativitatis Domini.
* Matthiæ Apostoli.
Pentecostes.
* Nativitatis S. Joannis Bapt.
Beatorum Petri & Pauli Apostolorum.

Ddd 2

S. Ja-

S. Jacobi Apostoli.
 S. Laurentii Martyris.
 Assumptionis B. M. Virg.
Vigilia. S. Bartholomæi Apostoli.
 S. Matthæi Apostoli.
 SS. Simonis & Judæ Apostolorum.
 Omnium Sanctorum.
 S. Andreæ Apostoli.
 S. Thomæ Apostoli.

* Si Vigilia S. Joan. Baptistæ, incidat in festum corporis Christi, non est Jejunium, nec abstinentia à carnibus. ex Urbani VIII. Papæ die 13. Octob. 1638. editâ Constitutione, eò quòd cum summa populi lætitia tanto Sacramenti institutio recolatur.

* Si festum S. Mathiæ Apostoli fuerit in die Cinerum, in foro servatur festum, & jejunium, sed pridè in Vigilia festi non jejunatur.

Dominica Quinquagesimæ Pastores, Concionatores & Catechistæ publicent jejunium quadragesimale, monendo auditores suos ut à die cinerum usque ad Vigiliam Paschæ inclusivè omnibus diebus (exceptis dominicis quib⁹ duntaxat abstinentia servatur) sub reatu peccati mortalis jejunium servant, nisi ob causas ^{legitimas} ponendas, à jejunio perfecto excusentur. Dispensatio super ovis & lacticiniis per quadragesimam in hac diocesi jam in consuetudinem deducta ^{est} videtur, præterquam quòd tribus diebus quatuor temporum & in ultima septimana ad majorem rigorem ab ovis abstineatur. ^{ex sola servatione}

Alii jejuniorum dies etiam in Dominica antecedente publicentur. Atque ut jejunia accuratè servantur, magistratus sæcularis omnia macella claudi, nec cuiquam vendi aut apponi curet.

s. 2. Dies abstinentiæ seu jejunii imperfecti.

Omni feriâ sextâ & Sabbatho totius anni à carnibus duntaxat abstinetur (exceptis illis qui inter quadragesimam & quatuor tempora jam supra ut perfecti jejunii dies connumerantur) quos dies honori dominicæ passionis, & Bmæ. Deiparæ Virg. majores nostri, atque in

hac

F si Vigilia que jejunantur in die sabbato præcedit

hae dioecesi adeò sacros jejunio habuerunt, ut usque ad tempora Bald-
vini Archi-Episcopi feriis sextis, ovis & lacticiniis abstinerint; Quod si
verò festum Nativitatis Domini in alterum eorum dierum incidat, Annal. Trevir. circa an- num 1345.
tunc propter festi excellentiam, omnibus voto non prohibitis, carnibus
vesciliet.

Secundâ, tertiâ, & quartâ rogationum feriis: Item in die S. Marci E-
vangel. (nisi cadat infra octavam paschæ, aut in dominicam) ab esu car-
nium abstinetur. *per prop. receptâ in hac patria consuetudinē*

S. 4. De causis liberantibus à jejunio.

Prima: *Ætatis imbecillitas.* quare pueri & puellæ ante
21. annum completum non obligantur ad jejunium perfectum. Si-
militer senes: circa ejusmodi feniū: quod à jejunio excuset, certum tem-
pus seu annorum numerus nequit statui, sed considerandus est virium
defectus.

Secunda causa: *Infirmas Corporis.* Hac ratione excu-
santur ægroti, convalescentes, qui infirmâ admodum complexione
sunt, lactentes, prægnantes. Tertia est, *Paupertas.* Qualis est
eotum qui ostiatim mendicant, & universim qui habere non possunt
quod ad unicam refectionem sufficiat.

Quarta: *Labor Corporis*, qui cum jejunio facilè non con-
sistit, cujusmodi est Agricolarum, fabrorum, sutorum, cursorum, fa-
mulorum & famularum qui majoribus laboribus occupantur. Quinta.
Pietas. videlicet ut operi præstantiori vel majoris momenti quis
incumbere possit, v. g. infirmarii, concionatoris, ludimagistri.

Circa dispensationem advertendum est, minorem causam sufficere
eamque privatam, ut cum uno vel paucis dispensetur: majorem verò &
publicam ut cum integra communitate dispensetur. Dispensatio au-
tem ab Episcopo petenda est; Absente tamen Episcopo Parochus cum
uno vel paucis, non autem cum integra communitate dispensare
potest.

Ddd 3

DE